



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1863**

Sancti Qui VI Id. Januar. Coluntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

## VIII JANUARI.

## SANCTI QUI VI ID. JANUAR. COLUNTUR.

- S. Semeias, Propheta.  
 S. Lucianus Episcopus,  
 S. Maximianus Presbyter, } Martyres, Bello-  
 S. Julianus Diaconus, } vaci in Gallia.  
 S. Patiens, Episcopus Metensis in Gallia.  
 S. Anastasius,  
 S. Jucundus, }  
 S. Ratites, } Martyres, Sirmii in Panno-  
 S. Petrus, } nia.  
 S. Florus,  
 S. Tilius,  
 S. Florianus,  
 S. Tatia,  
 S. Claudius Praefectus militum. }  
 S. Carbonanus, } Martyres,  
 S. Tibudianus, } Interamnæ  
 S. Planius, } in Umbria.  
 S. Maximus I. } Episcopi Ticinenses in  
 S. Maximus II. } Italia.  
 S. Patheus, Martyr.  
 S. Carterius. Presbyter Mart. in Cappadocia.  
 S. Theophilus Diaconus, }  
 S. Helladius, } Martyres Afri.  
 S. Timotheus,  
 S. Euctus, vel Polyeuctus, }  
 S. Rusticus, }  
 S. Pisseus, vel Cipiseus, } in Græcia.  
 S. Secundus,  
 S. Lucius,  
 S. Felix,  
 S. Januarius,  
 S. Palladius,
- S. Eugenianus, Martyr, Augustoduni in Gal-  
 lia.  
 S. Egemonius, Episcopus Augustodunensis,  
 in Gallia.  
 S. Atticus, Episcopus Constantinopolitanus.  
 S. Dominica, vel Domnica. }  
 S. Georgius Chozebites. }  
 S. Amylianus Confessor. }  
 S. Severinus, Presbyter, Noricorum Apo-  
 stolus, Neapoli.  
 S. Severinus, Episcopus Septempedanus in  
 Italia.  
 S. Afflinus Episcopus.  
 S. Balduinus, Archidiaconus Laudunensis  
 in Gallia.  
 S. Maurontus, Abbas S. Florentii veteris in  
 Gallia.  
 S. Frodobertus, Abbas Cellensis, Trevis in  
 Gallia.  
 S. Gudila, Virgo. Bruxellis in Belgio.  
 S. Cyrus, Episcopus Constantinopolitanus.  
 S. Pega, Virgo in Anglia.  
 S. Erardus, } Episcopi, Ratisbonæ in Ger-  
 B. Albertus, } mania.  
 S. Garibaldus, vel Gaubaldus, Episcopus  
 Ratisponensis in Germania.  
 S. Wulsinus, Episcopus Schireburnensis in  
 Anglia.  
 B. Torphimus, Episcopus Hamariensis in  
 Norwegia, Brugis in Belgio.  
 B. Laurentius Justinianus, Patriarcha Vene-  
 tus.

## PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REJECTI.

NOT. 118. S. Rigobertus Episcopus Remensis, refertur hoc die a  
 Martyrol. Germanico, Carthus. Colon. in Addit. ad  
 Usuard. inque ejusdem Usuardi editione Parisien.  
 an. 1536. Vitam dedimus iv Januar.  
 S. Severinus Episcopus, Neapoli, frater S. Victorini,  
 celebratur in Martyrologio Romano, et aliis. Colitur  
 hoc die Neapoli S. Severinus Presbyter, Noricorum  
 Apostolus; Septempede S. Severinus S. Victorini  
 Confessoris frater, ut infra dicemus. Tertius nobis  
 adhuc ignotus. Nullus in vetustissimis Ecclesiæ  
 Neapolitanæ monumentis Severinus Episcopus repe-  
 ritur. Imo cum nuper S. D. N. URBANUS VIII, Clero  
 Neapolitano concessisset, ut publice et per omnes totius  
 urbis Ecclesias officio duplici omnium Neapolitanorum  
 Præsulum ageretur festum, quorum extaret in Romano  
 Martyrologio nomen; de cæteris quidem illico recitari  
 officium cepit, de uno hoc Severino nihil. Ita huc  
 Neapoli scripsit Antonius Beatillus nostræ Societatis  
 Sacerdos longe doctissimus, et propagandi Sanctorum  
 honoris studiosissimus. Si fuit Victorini Martyris fra-  
 ter Severinus Episcopus, is cujuspiam fortassis alte-  
 rius civitatis Neapoli vicinæ Ecclesiam reverit. Nobis  
 nil liquet. Petrus de Natal. lib. 2, c. 37, fratrem  
 facit S. Victorini Pictabionensis Episcopi et Martyris,  
 de quo 2 Novemb. agemus. Vide Prolegomena ad

vitam S. Severini Septempedani; et Translationem  
 S. Severini Presbyteri, præsertim num. 7 et seqq.  
 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis Neapolitanæ, S. Ma-  
 riæ de principio, agitur hoc die per totam diocesan,  
 officio duplici, ut patet ex Catalogo SS. edito jussu Decii  
 S. R. E. Cardinalis Carafæ, Archiepiscopi Neapolitani.  
 S. Nathalanus, sive Nethalenus, aut Nethelmus Epi-  
 scopus, ab Adamo Regio, Ferrario, Camerario refer-  
 tur hoc die: atque illustrata quædam de eo memorat  
 Camerarius. Plenius de eo agemus, ubi quæ citat,  
 vetera consecuti erimus breviaria, aliaque monumenta.  
 In Aberdonensi diocesi, ad septentrionalem Scotia  
 plagam, præcipue floruisse traditur.  
 S. Agatho. } Menæa Græcorum. Alium dedimus  
 S. Theoctistus. } iv Jan. Theoctistum in Sicilia Abba-  
 tem, alius colitur a Græcis in Septembr. discipulus  
 magni Euthymii, ut xx Januarii in ejus vita dicitur.  
 Plures hujus nominis viri præstantes memorantur, ut  
 iv Februarii ostendemus. Quis hic potissimum cele-  
 bretur, assequi haud licuit. Agathonis quoque non  
 unius prædicatur in sacris fastis memoria. Erit for-  
 tassit qui suspicetur hunc esse nominatissimum illum  
 in vitis PP. Abbatem Agathonem: at si is esset, non  
 omitterent Græci ejus elogium. Utrumque tantisper  
 omittimus, dum certius quid eruamus.

NOT. 119.